



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Joannis Nadasi, è Societate Jesu, Annus Caelestis,
Jesu Regi, & Mariae Reginae, Sanctorum Omnis Sacer**

Anni Caelestis Dies, & Festa Mobilia

Nádasi, János

Coloniae Ubiorum, 1667

13 Aprilis. Idibus April.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53527](#)

XIII APRILIS.

353

S. Paule, qui, hoc die, S. Franciscam instruens, de Christo glorio-
so dixisti : *Omnes ardemus amore
ipsius. Dei amor te semper querit, &
facit te ardere. fac, ut eum teneas un-
dequaque. Doce me quoque sic ar-
dere, Deum tenere; ac ejus amorem:
ita scite ac perseveranter querere, ut
eum inveniam.*

OMNES SANCTI, &c.

Pag. 320.

S. MARIA Silvaducensis, quæ hodie
mutum puerum repente loquendi fa-
cilitate donasti. Doce me tacere, & lo-
qui: ut lingua mea sit sapiens organum
laudis Dei, & tua!

S. MARIA, cui B. Petrus templum
adificavit ibi, ubi tabulam reperit in-
scriptam aureis literis, in hac verba:
Ave MARIA ! Sit cor meum tabula
tua, tibi, à te, amoris auro inscripta !

13 Aprilis. Idibus April.

Sancte Joannes Hermenegilde
Rex, cælestis juvenis, qui à
Rege Ariano patre, collo, ac mani-
bus in carcere ferro vincitus, ipsâ
Paschatis nocte securi percussus,
cerebro effuso, inter cantus Angeli-
cos, collucentibus ad corpus cæle-
stibus lampadibus, felix ad regnum

X 4

omnium

356 ANNI CÆLESTIS
omnium sæculorum abiisti. Sanctus
juvenis, doce me ita humanos re-
spectus, timores, ac spes omnes,
pro Deo, ac æternitate, despice,
sicut tu Regis patris minas, & pre-
ces, & promissa despexisti: ut nul-
lus dæmonum, nullus hominum,
nulla creatura me à Deo meo possit
abducere; sed in illo sperem, illum
amem, illum timeam, qui verè di-
gnus est super omnia timeri, atque
amari: in cuius manu & cælum est,
& gehenna, postquam corpus feli-
ci, vel infelici, morte occiderit. Tu
felicem mihi impetra; ut mihi
tecum sit felix æternum vita. A-
men.

SS. Carpe Episc. Papyle Diacono-
ne, Agathonica, ejus soror, & Aga-
thonore, eorum famule, aliquæ so-
cii MM. inter tormenta ab Angelis
confirmati, spineis virginis lacerati,
latera exusta sale aspersi, per ferreos
murices tracti, sed illæsi; à feris nil
tracti, ferreis crepidis clavisque cru-
ciati, in lacum vivæ calcis demissi,
restincto etiam igne, post ardentes
pro persecutoribus preces decolla-
ti.

S. Justine Philosophæ, fidei de-
fensor doctissime, unâ cum sociis
securi percusse.

Sancti

IS

. Sancti

anos re-

omnes,

espices,

& pre-

ut nul-

minum,

eo possum

1, illum

verè di-

, atque

dutus est,

ous feli-

erit. Tu

at mihi

ita. A.

Diacon

& Aga-

que lo-

Angelis

acerati,

Ferreos

feris nil

ue cru-

demissi,

rdentes

ecolla-

dei de-

sociis,

Sancti

XIV APRILIS. 357

Sancti Maxime, Quinctiliane,
& Dada, Martyres.

S. Urse Episc.

S. Marti Abba, austere in corpus,
agrorum asylum.

OMNES SANCTI, &c.

pag. 320.

S. MARIA, cuius imago, & Iesu
tui, & Josephi Sponsi tui, in corde ho-
dierna Margaritæ de Castro reperta
est, diadematæ coronata. Expelle à
corde meo imagines alienas: imprime
illi JESUM, te, & Josephum!

Sancta MARIA, quæ Balduino tuo
dixisti; te ei coadjutorem, & coopera-
tricem in omnibus assistere. quæ Idam
hodiernam, cum S. Joanne Evangelisti,
ad sacram mensam deduxisti, &
reduxisti, Angelo præente cum incen-
so atque lucernâ: quæ item in ejusdem
Idæ, sacrificium Missæ audientis, sinu
JESU M parvulum collocasti. Deduc
me, ut ad sancta sancte accedam!

14 Aprilis. 18 Kal. Maii.

Sancta Lyduina Virgo tenera,
gravissimis triginta octo anno-
rum doloribus, ad sanctam mor-
tem, ad sanctam æternitatem, præ-
parata; ab Angelo ad paradisum, ad
mira alia videnda, ducta: quæ per
annos